



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

MCCXIII. König Sigismund verpfändet den Markgrafen Jobst und Procop  
von Mähren, anstatt der bisher von ihnen besessenen Zubehörungen des  
Königreichs Ungarn, die Mark Brandenburg für 565263 Gulden mit ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56104)

wen Willen, die wir an dem hochgebohrnen Josten Marggrafen zu Mehren, unsern lieben Vetern und Fürsten, erfunden haben und genzlichen erkennen, demselben unserm Vetern vollkomene und ganze Macht geben haben, mit dem durchleuchtigen Fürsten Herrn Sigmunden, Kunigen zu Vngern etc. unserm lieben Bruder, von unser wegen zu reden, zu teydigen, übereinzukommen und auch zu enden von wegen der Marke zu Brandenburg, und solcher Anwartung, die uns als einen Kunige zu Beheim von Schikung und Bestellnusse seeliger Gedechnusse unsers lieben Herren und Vaters Keyfer Karls daran geburet; dorumb so bitten wir euch allen gemeinlichen und ewer iglichem und erlichem ernstlichen und vestlichen mit diesem Briefe, was euch der egenante unser Veter von unser wegen und in unsern Namen in den Sachen, und von der Marke wegen zu Brandenburg und der Lande daselbst, und sunderlichen von der Anwartung wegen bewtet und heisset, das ir Im dorynne getrewlichen und willlichen gehorsam gewartende und gevollig sein sollet, und euch dawider nicht feczet in kheineweis, wenn was euch derselbe unser Veter dorynne gebewtet und heisset, das ist unser Willen und Wort, wann wir Im doryn gancze Macht geben haben, euch solcher Anwartung genzlichen ledig und loze zu lassen, als ab wir das selber teten, als ir das in andern unsern Briefen wol sehen werdet. Mit Vrkund diez Briefes versigelt mit unsern kuniglichen Mayestat Insigel. Geben zu Burgleins, nach Christes geburde dreyzehen hundert Jar und dornach in dem acht und achtzigsten Jaren, dez Mitwochen noch dem Sonntag, als man singet Misericordia Domini, unser Reiche des behemischen in dem funf und zweinczigsten und des romischen in dem Czwellsten Jaren. Per. D. Henricum de Duba Camere Magistrum et Cunatum Keppler magistrum monete Wlachnico de Weytenmule.

Petzel's Wenzeslaus I. Urkundenbuch S. 81.

MCCXIII. König Sigismund verpfändet den Markgrafen Jobst und Procop von Mähren, anstatt der bisher von ihnen besessenen Zubehörungen des Königreichs Ungarn, die Mark Brandenburg für 565263 Gulden mit Vorbehalt des Einlösungrechtes innerhalb der nächsten 5 Jahre, am 22. Mai 1388.

Sigismundus Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex ac Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Archi Camerarius nec non Boemie et Lucenburgensis heres, Regnantibus nobis feliciter et victorioso in regno nostro Hungarie degentibus illud occurrit nostre celsitudini precipue provida deliberatione pensandum, qualiter regnum ipsum sub antiquis suis metis in statum reformetur felicem et sub ditione nostre potentie salubriter dirigatur, ut sublatis undique dissensionum obstaculis ipsum in statu pacifico gubernemus, amatoresque pacis in ipso regno vivere cupientes magnifice foveamus, et nostre potentie dextera protegamus excelsae. Hac itaque consideratione ducti, tenore presentium notum facimus universis, quod licet

Hauptstück II. Bd. 3.

dudum Illustribus principibus Dominis Jodoco et procopio Marchionibus Moravie patris nostris carissimis in ingressu nostro ad regnum hungarie cum armorum gentibus, pro eorum gratis et acceptis servitijs culmini nostro fideliter exhibitis ex causis rationabilibus et justis nonnulla et non nullas castra, opida, civitates et villas mediantibus alijs nostris literis, ipsis tytulo pignoris obligavimus tamdiu habenda et tenendas quousque de certa pecunie quantitate satisfaceremus eisdem juxta modum in dictis literis expressatum, Volentes tamen regnum nostrum prefatum in suis pertinentijs, metis et terminis ac granicijs antiquis integre et plene reducere et reformare, a memoratis Dominis Marchionibus patris nostris hujusmodi castra, opida, civitates et villas, eis volentibus et consencientibus accepimus regnoque nostro hungarie reiunximus et ipsum quantum ad premissa reintegravimus, reducentes ipsa et ipsas eorum et earum incolas ad omne jus, consvetudinem et libertatem, quibus a temporibus Regum hungarie predecessorum nostrorum tenta, habite sunt et possesse Locoque dictorum et dictarum castrorum civitatum opidorum et villarum modo ut prefertur de manibus eorum receptorum et receptorum de consensu et benivolentia Serenissimi et Illustris principum Dominorum Wenczellai Romanorum et Bohemie Regis ac Johannis ducis Gorlicensis et Marchionis Lufacie fratrum nostrorum carissimorum eisdem Dominis Marchionibus heredibus et heredum ipsorum successoribus Marchiam nostram Brandenburgensem exceptis civitatibus et pertinentijs earum, quas clare memorie Serenissimus Princeps et dominus dominus Karolus Romanorum Imperator et Boemie Rex secundum continentias suarum literarum exciit de Marchia memorata et Illustri fratri nostro Johanni supradicto aplicuit, et que ad prefatum Dominum Johannem Ducem et Marchionem pertinere dinoscuntur nomine et tytulo veri et formalis pignoris pro quingentis sexaginta quinque millibus et ducentis sexaginta tribus florenis auri, deliberatione provida ex certa nostra scientia ad quinque annorum spacium cum omnibus civitatibus, castris, villis et opidis, Jurisdictione, dominio, vafallagio, homagio, servicijs et serviciorum prestacionibus, steuris et exaccionibus, Episcoporum, Comitum et aliarumque quarumcunque personarum fevdis et obligationibus et generaliter cum omnibus suis Juribus, honoribus, tributis et cunctis eius pertinentijs, utilitatibus, proventibus et obvencionibus ad Marchiam nostram Brandenburgensem de jure et consvetudine spectantibus ac sub metis districtibus et limitationibus, quibus hactenus habita est et possessa, impignoramus et obligamus. His tamen conditionibus notanter adiectis, quod nos seu heredes et successores nostri dictam Marchiam pro prefata pecunie quantitate obligatam infra dictum quinquennium quancunque nobis, heredibus vel successoribus nostris placuerit plenam et liberam habeamus seu habeant redimendi facultatem. In eventum vero quo nos heredes vel successores nostri dictam Marchiam Brandenburgensem infra dictum quinquennium a tempore restitutionis castrorum opidorum civitatum et villarum in hungaria revolvendum non redimeremus seu nostro nomine non redimeretur cum effectu ut est dictum, Extunc— ipsa Marchia Brandenburgensis cum universis suis accidentijs et pertinentijs in Jus et proprietatem dominorum Marchionum veniat predictorum, quodque extunc teneamur eisdem eorumque heredibus et posteritatibus proprietatem et jus dicte Marchie, difficultate qualibet postergata, facere infevdare eosque investire prout in talibus fieri consuevit, nihil nobis Juris vel dominij in dicta Marchia reservatis,

Etiam consentientes expresse ut castra ville et opida pignore sub suis conditionibus obligata per steuram seu petitionem in dicta Marchia per nos imponendam redimi debeant et a detentorum manibus liberari sine dolo et fraude, patris nostris Marchionibus predictis suffragantibus ad predicta et prestare debentibus opem et operam efficaces. In casu autem quo dicta steura seu petitio intervenientibus impedimentis suum non fortiretur effectum, ut nostra sperata tenet credulitas, et ipsi Marchiones aliqua impignorata redemerint vel ultra steuram de suis proprijs pro eorum redemptione exposuerint, hujusmodi pecunia in sortem principalis debiti debet computari. Et quoniam dicta Marchia hostium et potentum interdum turbatur incursibus, volumus et consentimus ut si dicti Marchiones expensas fecerint pro propulsandis iniurijs et violentijs repellendis eosque ob hoc dampnificari contigerit, dampna huiusmodi que rationabiliter demonstrare poterint similiter in sortem capitalis pecunie debeant accumulari et etiam aggregari cum principali debito supra descripto et specificato integre persolvenda. Omnes et singulas literas super quibuscunque debitis ante tempus datarum presentium emanatas et prefatis Marchionibus patris nostris datas nullius fore volumus roboris vel momenti. In cujus rei testimonium presentes literas nostras sigillo nostre maiestatis autentico iussimus communiri. Datum in Sempte, feria Sexta proxima ante festum Sancte Trinitatis, Anno Domini Millefimo Trecentesimo Octogesimo octavo.

Von dem hochwürdigem Priester Herrn Wotny in Brün handschriftlich mitgetheilt mit der Bemerkung: Ex transumpta copia Archivi Monasterii O. S. B. Raigradii. Collatum Originale quondam afservabatur in Archivio DD. Procerum Moraviae sub Nr. 67, nunc desideratur.

MCCXIV. König Sigismund ertheilt den Markgrafen Jobst und Procop von Mähren die Zusicherung, daß sie die Mark Brandenburg mit der Churwürde als unmittelbares Reichslehn erblich erhalten, falls die Auslösung nicht innerhalb einer Zeit von 5 Jahren erfolgt,  
am 22. Mai 1388.

Sigismundus, Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatiae, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex ac Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Archicamerarius, nec non Boemie et Lucemburgensis heres. Tenore presentium notum facimus universis, Cum nos Marchiam nostram Brandenburgensem pro redemptione et recuperatione Terrarum, quas Illustres principes Domini Jodocus et Procopius, Marchiones Moraviae, Patris nostri carissimi in Regno nostro hungarie virtute literarum nostrarum obligatarum tenere dinoscebantur, nomine et titulo formalis et veri pignoris obligavimus ad quinque annorum spatium continue revolvendum, hac tamen conditione adjecta, quod in casum quo dictam Marchiam per nos redimi non contingeret, vel de eorum manibus infra dictum spatium minime liberari, quod elapso quinque annorum spatio ad Jus et proprietatem prefatorum Marchionum libere venire deberet ipso facto, secundum quod in litteris nostris de et super hujusmodi impignoratione confectis latius est expressum, volentes tamen prefatis Marchioni-